

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Peccatum ad  
cum uariis

Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde namque suggestionem, delectationem, consensum et defensionis audaciam perpetratur. Fit enim suggestio per dyabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Quatuor modis peccatum consummatur in opere: prius namque latens culpa agitur, postmodum etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur, deinde et in consuetudinem ducitur, ad extremum quoque uel false spei seductionibus uel obstinatione misere desperationis enutritur.

Gregorius libro III. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

et *om.* L<sup>2</sup>; ducitur] et *add.* C; obstinatione] ostentatione B; misere] miserie C; Gregorius libro III. moralium] Isidorus libro 2. capitulo 19. de summo bono V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>